

Stephanus Galdeti

*Utrum Deus ad effectum
aliquem producendum
active preveniat creaturam*

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
22.07.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Utrum Deus ad effectum aliquem producendum active
preveniat creaturam.** In positione non aperas vidisse ASTONA,
BRAGUARDIN

In materia de causalitate divina respectu non esse rerum
possibilitatem futuritionis impossibilitatem necessitatem etc. videtur
consequenter ponendo quod si Deus ponatur causa possibilitatis rerum
quod pariter sit ponendum de non esse futuritione etc. et etiam
impossibilitate patet. Nam res possibilis omnino nulla entitas est, et per
consequens nec ipsam esse possibilem est aliquo modo aliquid, et per
consequens, si huius Deus ponatur, aliquo modo causa pariter ipsius non
esse et ipsius impossibilitatem oppositi primi principii et necessitatem
ipsius primi principii.

Nam rem non existentem esse possibilem non plus est aliquid, et
per consequens non plus indiget divina causalitate quam impossibilitas
oppositi primi aut eiusdem necessitatis quo veraciter nichil sunt. Unde
veritas primi principii ac impossibilitas sibi oppositi non est aliquo modo
aliquid, unde non est nisi significatum huius negative non est possibile
idem esse etc.

Pariter igitur rem esse possibilem nichil est sed potest esse ad quod
sufficit posse causari ipsam esse futuram nichil est, sed erit ad quod
sufficiet divinum causare futurum. Unde nulla actione divina nunc posita
circa A, sed dato solo quod huius actio potest esse circa A A est possibile.
Nulla etiam posita circa Antichristum, sed quod ponetur sufficit ad
ipsum fore.

Hic advertatur multum ad ea que dicta de significationibus et
veritatibus propositionum, nam per illa multa possunt evitari.

Cum autem arguunt dicentes Deum esse causam possibilitatis, quia
si Deus non esset nulla res esset possibilis non valet, nam minimum
probat. Unde probat non solum divinum agere vel volle vel posse esse
causam possibilitatis passive rerum, ymo divinum esse quod est falsum,
nam per divinum esse absolute Deus nullius est causa.

Ex alio non valet consequentia, si Deus non esset nulla creatura esset
possibilis, igitur est causa etc.

1 utrum] collige de divino agere et coagere et preagere alica GREGORII HUGONIS
et RIPE Materia de peccato videatur BOKINKAM in determinatione lectis tuos *add.*
in marg. P1 2–3 in positione — Braguardin] *om.* P2 6 ponatur] causa
probabili *add. sed del.* P2 7 ponendum] scilicet *add. sed del.* P2 etc.] *om.*
P2 13 nam] *hec add. sed del.* P1 existentem] non *add.* P2 21 actione] *om.*
actio P2 posita] causata *add. sed del.* P2 22 circa A¹] *sup. lin.* P1
30 falsum] ymo divinum esse *add. sed del.* P2 31 esse] *de add. sed del.* P1

Nam etiam si nichil esset nulla res esset || possibilis, igitur aliquam rem esse etc. Item, si primum principium esset falsum, nulla res esset possibilis, igitur veritas primi principii. P2 58v

Videtur igitur dicendum quod solaris entitatum productarum et conservatarum a Deo nunc de facto Deus est causa, et tunc nec futuritionis etc. Et tunc habet respondere ad rationes in oppositum.

Et tamen ut habeat materiam respondendum ad rationes oppositas poterit ponere talem consequentiam quod non potest evidenti ratione ostendi quin Deus positive per suum velle sit causa quare res non est quare est possibilis futura. Primum principium necessarium, oppositum impossibile, et sic de aliis.

Nam et hoc maxime et summe actualitati divine voluntatis quod circa quodlibet ymaginabile sive ens sive non ens futurum vel non futurum possibile vel impossibile sit actu volens vel nollens, nam ut videtur creatura voluntas sic potest.

Qualitercumque teneatur de possibilitate rerum sive quod Deus sit causa sive non attamen ista causalis vera, quia Deus potest facere res, ideo possunt esse, quia Deus vult fore Antichristum, Antichristus erit etc.

|| Prima conclusio quod Deus est unica causalis ratio cuiuslibet entitatis producte vel producende nature, quamvis non rei. Pro qua conclusione advertendum quod non dicitur cuiuslibet producibilis nature, nam Deus non cuiuslibet producibilis nature seu non cuiuslibet nature producibilis seu que potest produci est ratio causalis, puta illius que non est nec unquam erit, quia nec est ratio causalis nunc ut sit nec aliquando erit ut sit, quia numquam causabitur nec ut sit possibilis suppono ex pretactis in pagina precedente. P1 29v

Si arguatur contra, nam cuiuscumque Deus potest esse ratio causalis illius est de facto ratio causalis, sed cuiuscumque quod potest esse Deus potest esse ratio causalis, alias posset incipere esse ratio causalis, sicut alias de ydea arguebatur.

Respondetur quod idem argueretur de actuali velle probando, scilicet quod Deus cuiuscumque possibilis sit actualis volutio ut sit, nam

1 igitur] nichil esse *add. sed del. P1* 5 conservatarum] conservatore *P2*
 de] *om. P2* 9 quare] *p. c. P2* 17 causalis] ut *add. sed del. P2* 20 prima
 conclusio] conclusio intentio *add. in marg. P1* ; *p. add. sed del. P1* ; Utrum Deus
 ad effectum aliquem producendum active preveniat creaturam *add. in marg. sup.*
P1 21 entitatis producte vel] *sup. lin. P1* quamvis non rei] *sup. lin.*
P1 22 conclusione] *om. P2* 25 quia] non *add. sed del. P2* 28 si
 arguatur contra] obiectio *add. in marg. P1* 31 arguebatur] rep *add. sed del.*
P1 32 respondetur] responsio *add. in marg. P1*

cuiuscumque talis potest esse actualis volutio ut sit, nam quodlibet
|| tale potest esse, et per consequens Deus illud esse velle potest.

P2 59r

De ydea non est simile, nam per simplicem notitiam qua Deus
cuncta entia vel cunctas entitates entes futuras ac possibles intuetur
que notitia est indifferens et sufficiens ad illam rem velle esse aut fore
aut ad oppositum Deus est sufficienter ydea cuiuslibet talis rei, non
tamen ratio causalis nisi velit illam esse aut fore.

Ex hiis patet quod alicuius rei Deus non est causalis ratio, cuius
tamen esse potest et semper simile, patet clare sicut de volutione.

Hic tamen notandum quod, si fieret differentia inter rem esse
producibilem et posse produci, sicut ponitur inter rem fore et esse
futuram in quo casu, sicut negatur Antichristum esse futurum, ita A
demonstrato possibili quod numquam erit negatur A esse possibile,
quamvis sicut conceditur Antichristum fore seu hoc Antichristus erit
conceditur A posse esse seu hoc A potest esse. Propter hoc quia generatur
illa de est tertio adiacente etc.

Et tunc posset poni conclusio absolute quod Deus est unica causalis
ratio cuiuslibet producibilis creature, quia cuiuslibet creature que est
producibilis, quamvis non cuiuslibet que potest produci.

Probatur conclusio: Si conclusio non foret vera, tunc esset plurium
creaturarum plures rationes causales, sit igitur due rationes causales,
puta A et B respectu C, D producibilium creaturarum, tunc iuxta
istam ymaginem Deus secundum A operatur C et non D et secundum
B operatur D et non C, et sic A est ratio causalis producendi C et
non est ratio producendi C et e converso de B, igitur de istis rationibus
verificantur predicta contradictoria, igitur realiter distinguuntur.

Addendo semper quod non sunt sicut essentia et persona aut econtra,
ymo omnino sibi impertinentia addendo etiam quod sunt distincta non
relative ad se, ut persone divine.

Confirmatur, nam si Deus aut divina essentia est applicabilis ad
operandum ad extra ad aliquid secundum unam istarum rationum

2 esse²] *sup. lin. P1* 3 de ydea non est simile] non est simile *add. in marg.*
P1 8-9 cuius tamen] cuiuscumque P2 10 hic tamen notandum] notabile
add. in marg. P1 13 negatur] *sup. lin. P1* 14 erit] ita negatur *add. sed*
del. P1 15 hoc¹] *sup. lin. P1* 16 est] *om. P2* 17 absolute] *sup. lin.*
P1 quod] *om. P2* 19 produci] corollarium *add. sed del. P1* ; corollarium
add. in marg. sed del. P1 20 probatur conclusio] *in marg. P1* non] *om. P2*
22 A] *sup. lin. P1* 23 ymaginem] s *add. sed del. P1* 25 rationibus] *sup.*
lin. P1 29 divine] addendo ulterius *add. sed del. P1* 31 operandum]
aliquid *add. P2* ad aliquid] *sup. lin. P1* ; *om. P2*

ad quod non est applicabilis secundum aliam et ille tamen rationes || P2 59v
 non distinguuntur realiter, sed tantum formaliter. Cum divine persone
 realiter distinguantur multo fortius erit possibile divinam essentiam
 operari secundum unam personam vel in una divina persona non
 5 operando in alia vel per aliam, sicut de facto suppositat humanam
 naturam assumptam in uno suo supposito, non in alio.

|| Primum corollarium, quod Deus est unica ratio ydealis seu P1 30r
 representativa seu ars unica cuiuslibet producibilis et non solum
 producende nature. Satis patet ex premissis, nam est unica notitia
 10 cuiuslibet talis nature factibilis vel fiende, aliter conclusio non foret vera.
 Nam causalis ratio divina includit ydealem et exemplarem, cum Deus
 operetur per intellectum et voluntatem, et ideo ad varietatem rationis
 ydealis sequeretur varietas causalis, que prius extitit improbata, et ideo
 potest argui a falsitate consequentis.

15 Ex hoc patet, scilicet ex illa parte qua dicitur quod non solum Deus
 est ydea producendorum, ymo producibilium, quod Deus non est per
 notitiam complexam qua cognovit A fore ydea de A, ymo per simplicem
 intuitionem de A patet clare. Nam illa simplex notitia sufficit ad rei
 productionem et cum ea stat rem non produci, ymo voluntatem divinam
 20 esse indifferentem et liberam.

Si tamen diceretur Deum esse ydea et artem per hoc quod cognovit
 A fore et movetur quo fiet etc., tunc non bene posset salvari voluntatem
 divinam esse liberam vel saltem non ita bene, quamvis absolute posset,
 quia posset dici quod posset numquam iudicasse A fore sicut dictum est
 25 de esse rationem causalem, nam alicuius cuius non fuit ratio causalis
 potest fuisse ratio causalis, ita eodem modo posset dici de ydea.

Sed tunc dubium esset per quam libertatem vel per cuius libertatem
 hoc Deus posset aut intellectus aut voluntatis. Non intellectus, quia
 non est de se liber. Nec voluntatis, quia non potest sine notitia previa
 30 necessaria que per istum modum ponitur complexa iudicativa.

Ideo mellius est dicendum quod simplex intuitio rei est sufficiens ydea
 rei fiende vel non fiende, factibilis tamen. Hoc alias etiam dictum est
 esse possibile de voluntate || creata respectu alicuius obiecti delectabilis P2 60r

3 realiter] *p. c. sup. lin. P1* ; formaliter *a. c. P1* possibile] *unam add.*
sed del. P1 **6** assumptam] *secundum unam add. sed del. P1* **7** primum
 corollarium] *iter. in marg. P1* **8** cuiuslibet] *iter. P1* **10** nature] *om. P2*
11 et] *sup. lin. P1* **12** varietatem] *variationem P2* **15** qua dicitur] *sup.*
lin. P1 **16** Deus] *non sub add. sed del. P1* **17** A²] *fo add. sed del. P1*
21 diceretur] *ydeam add. sed del. P1* et artem] *sup. lin. P1* **24** dici] *sup.*
lin. P1

simplici apprehensione apprehenso absque deliberatione. Saltem in Deo non est impossibile cum nulla Dei respectu rei factibilis notitia sit insufficiens et hic sta.

Secundum corollarium, quod Deus est unicus modus producendi
5 active vel potest esse vel erit cuiuslibet producte producibilis vel
producende nature correspondenter. Patet, nam Deus est quilibet suus
modus agendi etiam ut conclusio ponit Deus, sicut nec est plures rationes
causales quocumque modo, etiam sicut non est plures rationes ydeales
seu plures ydee, ita nec plures modi agendi, quia Deus nulla plura vel
10 nulle plures res est nisi tres persone divine. Tertio cum hoc tamen stat
Deum diversimode aliter et aliter adverbialiter agere etc.

Tertium corollarium, quod cum hoc stat res non solum diversimode,
ymo diversis modis, produci a Deo. Unde sequitur istam consequentiam
non valere: Deus uno modo producit res, ergo ille uno modo producuntur
15 a Deo. Patet, nam antecedens verum est ex secundo corollario.
Consequens falsum per AUGUSTINUM dicentem: “alia ratione conditus
est homo, alia ratione conditus est equus”. Non dicit alia ratione etc.

Consimiliter alii dicunt Deum equaliter, quia immense producere
res, illas tamen concedunt inequaliter agi.

20 Infert: nullum actum productum contingentem esse in divina
voluntate. BRAQUIN in illa questione utrum primum productum ad
extra sit alicuius actualis existentia creature. Infra.

Ex hiis affirmative ad questionem, nam ex hiis omnis actus quo Deus
producit active creaturam est Deus eternus et necesse esse, nam sicut
25 Deus est unica causalis ratio unicum exemplar unicus modus agendi et
non plures rationes etc., ita non est possibile, sed unicus actus qui est
ipsemet Deus eternus, et sic prevenit active.

|| Utrum Deus ad effectum aliquem producendum active preveniat creaturam P1 30v

30 Posita conclusio de unitate divine rationis causalis videretur.
Descendendo ad quesitum possit addi due alie tales.

1 absque] debi *add. sed del. P2* 2 Dei respectu] *sup. lin. P1* 3 sta]
pro nunc *add. sed del. P1* 4 secundum corollarium] *iter. in marg. P1* 5 vel
potest] *iter. P1* 8 modo] nam nec est *add. sed del. P1* 10 persone divine]
Braquin *add. in marg. P1* tertio] *om. P1* tamen stat] *sup. lin. P1* stat]
iter. P1 12 tertium corollarium] *iter. in marg. P1* 15 secundo] *v add.*
sed del. P2 18 Deum] iniqua *add. sed del. P1* 19 agi] etc. *add. sed del.*
P2 20 productum] *sup. lin. P1* 21 voluntate] Astona de hoc *add. sed del.*
P1 Braquin] alioquin *P2* questione] conclusione *P1* ; a. c. *P2* utrum]
pro *add. sed del. P2* 22 sit] actualis *add. sed del. P1* actualis] *sup. lin.*
P1 infra] *om. P2* 23 ex hiis¹] ad questionem *add. P1* 28–29 utrum —
creaturam] *in marg. sup. P1* ; *om. P2* 30 rationis] rationalis a. c. *P1*

Et sic habet secunda in ordine quod ad quemlibet effectum producendum Deus aliquid aliter prevenit creaturam. Patet faciliter, || quia ad quemlibet talem concurret generaliter influendo quovis quidem influere potest. Alico modo potest dici preagere vel prius agere, et per consequens active prevenire ex tribus, nam est ibi prioritas naturalis, scilicet ipsius divini agere ad agere creature, qua scilicet non convertitur consequentia, unde sequitur: creatura agit, igitur Deus agit sed non econtra.

P2 60v

Secundo aliter prius, quia nobiliter, quia Deus principaliter independentem omnino agit, creatura vero dependenter. Unde Deus non solum est independens in esse, ymo in quolibet suo agere, creatura vero dependens est non solum in suo esse, ymo in quolibet suo agere a causa prima et universali.

Tertio aliter, quia magis et maiori influxu, quam influat vel influere possit aliqua creatura, utrum autem immense vel infinite taliter Deus agat aut finite — nichil dico.

Ex hac conclusione potest inferri mutando materiam de peccato unum tale corollarium quod quemcumque effectum creatura producit illum effectum dependenter producit. Patet ex secunda excellentia ipsius divini agere ad agere creature.

Secundo potest inferri quod non solum quemcumque effectum creatura producit etc., ymo qualitercumque aliquem effectum creatura producit taliter dependenter illum producit. Patet, nam non solum quilibet effectus creature et quodlibet suum agere est a Deo, ymo quilibet eius motus.

Ex quo tertio ulterius sequitur quod creaturam culabiliter agere non est ipsam aliquid aliter positive agere. Deductio facilis est. Hic vide materiam de peccato et qualiter salvari potest Deum non esse causam peccati.

~~Possent ordinari conclusionem sic: Deus est una simplex, non multiplex, causalis ratio effectus cuiuslibet producendi.~~

1 et sic habet] eternaliter prevolendo *add. in marg. P1* 4 influere] influxus
a. c. P1 7 creatura] g *add. sed del. P2* 9 secundo] in hoc est differentia
inter causas essentialiter ordinatas et ex equo concurrentes *add. in marg. P1*
principaliter] *sup. lin. P1* 15 vel] † *add. sed del. P2* 17 ex hac conclusione]
inferri potest quod est impossibilis frustrabilis omnique eterna immutabilis *add.*
in marg. P1 25 eius] suos P2 26 tertio] *sup. lin. P1* 30 possent]
principium productivum *add. in marg. P1* est] tantum *add. sed del. P1*
30–31 simplex non multiplex] *sup. lin. P1* 31 producendi] una cum suis
corolariis *add. sub lin. P1*

~~Secunda: Deus est simpliciter prima causalis ratio effectus cuiuslibet producendi. Addantur sibi sua corollaria ut precedentia.~~

~~Tertia: Deus ad effectum aliquem active prevenit creaturam etc.~~



1 secunda] de facto causans *add. in marg. P1* est] tantum *add. sed del. P1*
simpliciter] *sup. lin. P1* causalis] est vel erit *add. sup. lin. P1*